

perlatuſt eſt in Somerō: & ſepelierunt regem in Someron. Et lotuſt eſt curruſ in piſcina Someron & linxerunt canes ſanguinem eiꝯ. & habenas lauerunt. Hebraice habetur. & arma lauerunt: iuxta verbum domini quod locuſt fuerat. Ordo literæ eſt, curruſ quidem lotuſ in piſcina Samariæ eſt, arma vero quibus erat indutuſ lauerunt & linxerunt canes ſanguinem eiꝯ iuxta verbum domini. ex eo enim quodd iuxta verbū domini factuꝯ dicitur, intelligimus quodd licet curruſ fuerit lotuſ in piſcina Samariæ, arma tamē fuerunt lota in Izrehel vbi occiſuſ fuerat Naboth: ſic enim dixerat deꝯ per Eliā, in loco in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, liagent quoque ſanguinem tuum.

Reliquum autem verborum Ach' ab & omnia quæ fecit & domus eburnea quæ ædificauit. hoc eſt domus cruſtis eboris teſta in ſuperficie parietū intrinſecus. Sumptuoſa ac rariffima fuit fabrica hæc: ego tamen intelligo nomine domus aulam. omnesq; ciuitates quas extruxit: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regū Iſrael? Dormiuit ergo Ach' ab cum patribꝯ ſuiꝯ & regnauit Achaz' iahu filiuſ eiꝯ pro eo.

Iehofaphat vero filiuſ Aſæ regnare cepit ſuper Iehudā, aꝯo quarto Ach' ab regis Iſrael. Et Iehofaphat filiuſ trigintaquinꝯ annorum erat, cum regnare cepit, & vigintiquinꝯ annis regnauit in Ieruſalaim: & nomē matris eiꝯ Ha'zuba filia Silchi. Ambulauiq; in omni via Aſæ patris ſui, & non declinauit ab ea, faciendo quod reſtatuꝯ eſt in oculis domini. Veruntamen excelfa non abſtulerunt: adhuc populuſ immolabat & thurificabat in excelfis. Intellige huiuſmodi ſacrificia offerri ſummo deo, nec interceſſiſſe peccatum niſi ratione loci. aſſuetuſ enim populuſ non potuit diſtrahi etiam ædificato templo ab hac delectatione ſacrificandi in locis excelfis: ibi enim conuiuia faciebant inter arbores & refrigerium auræ æſtiuo tempore. Pacemq; fecit Iehofaphat cum rege Iſrael. Reliquum autem verborum Iehofaphat & fortitudo eiꝯ quam fecit & qua pugnaui: nonne ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierū regum Iehudæ? Et reliquias effeminatorum qui remanſerant in diebus Aſæ patris eiꝯ abſtulit è terra. Tam diximus quodd meritorii ſignificantur non penituſ extirpati tempore patris. Nec erat tunc rex cōſtitutuſ in Edom. Iuxta hebræum habetur. Et rex non in Edom, præſectꝯ rex. hoc eſt Idumæa nō habebat regē, ſed præſectꝯ vices regis agebat, officio, autoritateq; regia fungebatur, quanuſ tituluſ regis non haberet.

beret. Et ſcribitur hoc ad ſignificandum quodd Idumæa adhuc erat ſub rege Iudæ tempore Iofaphat. Iehofaphat fecit naues Tharſis ad eundem in Ophir pro auro, & non iuit: quia conſractæ ſunt naues in Hex'iongabu. Tunc dixit Achaz' iahu filiuſ Ach' ab ad Iehofaphat, vadant ſerui mei cum ſeruis tuis in nauibus: & noluit Iehofaphat, ſecunda vice. nā prima vice conſenſit vt ſimul irent & fractæ ſunt naues. vt paralipomenon teſtatur. reprehenuſ enim fuit quodd iunctuſ eſſet impio regi Iſrael. Dormiuiq; Iehofaphat cum patribꝯ ſuiꝯ, & ſepultuſ eſt cum eiſ in ciuitate Dauid patris ſui: & regnauit Iehoram filiuſ eiꝯ pro eo.

Achaz' iahu filiuſ Ach' ab regnare cepit ſuper Iſrael in Someron, anno decimoſeptimo Iehofaphat regis Iehudæ: & regnauit ſuper Iſrael duobꝯ annis. Fecitque malum in oculis domini: & ambulauit in via patris ſui & in via matris ſue. Izebel. & in via Iarobham filij Nebat qui peccare fecit Iſraelem. Secuſiſque Bahali & adorauit eum: & irritauit dominuꝯ decem Iſrael, iuxta omnia quæ fecerat pater eiꝯ. Et ſic finitur tertiuſ liber regum: Romæ die vndecimo nouembris. M. D. XXXI.

## THOMAE DE VIO

CAIETANI CARDINALIS SANCTI  
XYSTI, IN SECVNDVM LI-  
brum regum commentarij.

In quartum



Renaricatuſ eſt autem Moab in Iſrael poſtquam mortuſ eſt Ach' ab. Defectio Moabitarum à rege Iſrael narratur. erat enim tributariū regnum Moab regi Iſrael, vt infra narratur. Ceciditque Achaz' iahu per cæcellum in conaculum ſuum quod habebat in Someron, & egrorauit: miſitq; nuncios & dixit ad eos, ite conſulite Bahal' zebub deum Hec' ron an viuam de infirmitate hac. Angeluſ autem domini locutuſ eſt ad Eli' iahu Thūbitem: ſurge, aſcende in occurſum nunciatorum regū Someron & loquere ad eos, an non eſt Deuſ in Iſrael quodd ito ad conſulendum Bahal' zebub deum Hec' ron? Quamobrem ſic dixit dominuſ, de lecto ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed moriendo morieris: & abiit Eli' ia, dictiſ his verbis diſparuit. niſi enim admirabilis fuiſſet abſceſſuſ eiꝯ, nō fuiſſet illiuſ abſceſſuſ narratuſ tanquam ratio reuerſionis nunciatorum immediate ſub-

Mm iunctæ:

junctæ: sed ex hoc quod mirabiliter abiit, cogitauerunt nūcīi regis q̄ angelus Dei fuisset qui eos allocut⁹ erat & ideo reuerſi sunt. *Reuerſiſq; sunt nunciū ad eum.* absque prosecutione itineris ad Acharō. & dixit ad eos, quare reuerſi eſtis? *Dixeruntq; ad eū, vir aſcēdit in occurſum noſtrū.* Minus dicitur & plus ſignificatur: nā ſignificat mod⁹ quo occurrit & diſparuit Elias ſic q̄ exiſtimauerunt nunciū angelū in ſpecie viri fuiſſe. & dixit ad nos: *ite, reuertimini ad regem qui miſit vos & loquimini ad eū,* ſic dixit dominus, an non eſt deus in Iſrael quod mitti ad conſulendum Bahal' zebub deum Hec'ron? idcirco de lecto ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed moriendo morieris. Dixitque ad eos: cuius ſignura eſt & habitus vir qui occurrit vobis. Hebraice habetur, *qua diſpoſitio viri qui aſcendit in occurſum veſtrum.* & locutus eſt ad vos verba hæc? Niſi rex quoq; dubitaſſet, ſe illo qui occurrerat, non queſiſſet de forma eius. *Dixeruntq; ad eum, vir piloſus.* Non dicitur veſte piloſa, ſed vir piloſus, quia caro Eliæ piloſa deſcribitur. multos enim videmus viros adeo refertos pilis vt merito viri piloſi vocentur. & zona pellicea accinctus lumbos ſuos: & dixit, *Eli'ia Thiſbites eſt.* nouerat enim eum, vt pote quē apud patrem ſuum ſæpe viderat.

*Miſiſq; ad eum principem quinquagenarium, & quinquaginta viros qui erant ſub eo: & aſcendit ad eum, & ecce ſedebat in vertice montis: & ait ei, vir Dei.* Nomen eſt Elohim. & idem intellige in ſequentibus dum pluries repetitur vir Dei, rex præcepit vt deſcendas. Legēdum eſt, *rex dixit, deſcende.* Honeſtius locutus eſt: veruntamen præceptum detulit deſcendendi. *Reſpondensque Eli'iahu dixit quinquagenario, ſi vir Dei ſum, deſcendat ignis de celo & deuoret te & quinquaginta tuos: deſcenditq; ignis de celo & deuorauit eum & quinquaginta eius.* Mirabilis profecto iuſtitia Dei, non ſolum defendēs Eliam, ſed puniens veniētes ad capiendum eum ſi vocatus non veniret ad regē. Ex verbis autē dictis (ſi vir Elohim ego, deſcēdet ignis è caelis) manifeſtat nō niſi iuſtitiam diuino iudicio ſe velle. vir enim ſummi iudicis par eſt vt non impetatur à miniſtris vnus regis. Et ex propriis verbis eorum, damnationem mereri eos ſimul manifeſtat. ipſi enim dixerant ad eū vir Elohim, propriam præſumptionem ſuis verbis accuſantes: & propterea Elias ex propriis illorū verbis ipſos damnat ad pœnam quā merebantur. *Rurſumque.* Hebraice habetur. *Et reuerſus eſt.* proculdubio rex, Niſi audita combuſtione eorum, quos miſer

ſerat, deſeruiffet proſiſtendum capiendi Eliam, non ſcriberetur de rege & reuerſus eſt ad animum capiendi Eliam: nullus enim reuertitur illuc vnde non receſſit. & miſit ad eum principem quinquagenarium alium & quinquaginta eius: qui locutus eſt ei, *vir Dei, ſic dixit rex, feſtima, deſcēde.* Præceptum quoque iſte executurus detulit: & ideo ſimiliter punitus eſt. *Reſponditque Eli'ia & dixit ad eos, ſi vir Dei ſum, deſcendat ignis de celo & deuoret te & quinquaginta tuos: & deſcēdit ignis Dei de celo, & deuorauit eum & quinquaginta eius.*

Iterum miſit. Iuxta Hebræum habetur. *Et reuerſus eſt & miſit principem quinquagenarium tertium & quinquaginta eius.* Inſinuatur enim q̄ audita combuſtione etiam iſtorum iterum deſtitit à proſiſtendo vexādī Eliam: ſed poſtea reuerſus eſt ad idem proſiſtendū, & miſit tertiu principem ad capiendū eum ſi venire reueneret. *aſcenditq; & venit princeps quinquagenarius tertius, & genuſexus eſt ſuper genua ſua contra Eli'iahu.* Iſte tertius prudens fuit: & timens diuinum iudicium & nolens perdere gratiam regis humiliavit ſeipſum: nec detulit præceptū regium præcipiendo Eliæ, ſed cogens eos ad veniendum ad eum. & precatus eſt eum & ait, *vir Dei noli deſpicere animā meā.* Hebraice habetur, *precioſa quaſo ſit anima mea & anima ſeruorum tuorum horum quinquaginta in oculis tuis.* Quod in ſeruo habetur, non facile deſtruitur, ſed charum habetur ac ſeruatur. vitam itaq; ſuam & ſuorum ſeruari petit, & non comburi ſicut primos & ſecundos. *Ecce deſcēdit ignis de celo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos & quinquaginta eorum: ſed nunc obſecro vt miſerearis animæ meæ.* Iuxta Hebræum habetur. & nunc precioſa ſit anima mea in oculis tuis, repetitur enim ſupplicatio ex magnitudine timoris.

**L**ocutus eſt autem angelus domini ad Eli'iahu, deſcēdo cū eo, ne timeas. Deſicit à facie eius. Vide actiones Elię angelica directione gubernari per ſingula: hoc eſt tam exteriores motus quàm interiores. dicitur enim ei & quod deſcendat cum eo, & quod non timeat ab eo, ſurrexitque & deſcēdit cum eo ad regē. Et locutus eſt ei: ſic dixit dominus, quia miſiſti nuncios ad conſulendum Bahal' zebub deum Hec'ron quaſi nō eſſet. Hebraice repetuntur ſupradicta verba. *an non Deus in Iſrael ad requirendum in verbo eius? ideo de lecto ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed moriendo morieris.* Elias enim imperterritus dicit regi coram quæ dixerat nunciis eius.

Mortuusque est iuxta sermonem domini quem locutus est Eli' iahu, & regnavit Iehoram frater eius pro eo. Interpres addidit frater eius pro maiori claritate. anno secundo Iehoram filij Iehosaphat regis Iehuda. **Q**uestio de veritate huius supputationis, in principio tertij capituli tractanda est ubi oppositum videtur scribi. non enim habebat filium. Ratio redditur quare frater eius Ioram successerit in regno. Reliquum autem verborum Acham' iahu quæ fecit; nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel?

CAPVT II.

**F**uit cum leuare vellet dominus Eli' iahu in turbine in celum: abiit Eli' iahu & Elisah de Ghilgal. Dixitq; Eli' iahu ad Elisah, sede hic. Iuxta Hebræum habetur, sede obsecro (seu nunc) hic, & similiter adiuge in sequentibus huius capituli repetitis verbis similibus. quia dominus misit me vsq; in Beth'el: cui ait Elisah, viuit dominus & viuit anima tua si derelinquam te. Ex tanta resistentia apparet Eliam non præcipiendo, sed obsecrando dixisse, sede hic, & propterea legendum esse, sede obsecro hic. Ratio autem huiusmodi resistentiæ erat quia nouerat eum tollendum à se, ut inferius ipse faretur. & descenderunt in Beth'el. Egressiq; sunt filij prophetarum qui erant in Beth'el ad Elisah. Idem appellantur & propheta & filij prophetarum: nam superius appellati sunt propheta, & modò appellantur filij prophetarum, & Hebraico more filij appellantur non solum naturaliter geniti, sed etiam instructi à prophetis imitatorésque eorum ad vacandum diuinis laudibus. Et hinc quoq; apparet quòd in diuersis locis regni Israel permissibantur à rege professores diuini cultus. & dixerunt ei, an nosti quòd hodie dominus tollet dominum tuum. Duo hinc habentur, alterum quòd isti filij prophetarum habebant verè donum prophetiæ, præcognoscendo raptum Eliæ, alterum quòd vno eodemq; die peractum fuit vniuersum hoc iter Eliæ & Elisæi hic descriptum: alioquin non esset verum hodie dominus tollet dominum tuum, à te. Hebraice habetur, à supra caput tuum. Non solum prædicunt raptum Eliæ & rapientem Deum & tēpus, sed etiam modum: quòd videlicet versus coelos rapietur, dicendo à supra caput tuum, ad differentiam raptus ad partem collateralem quacunque. qui respondit, & ego noui. Hinc insinuat etiam Elisæum dono prophetiæ præditum fuisse, silete, ne me impeditis ab attentione erga

erga raptum Eliæ domini mei, sicut n. erat ne ex improviso Elias tolleretur. Et similiter intellige & corrige subiuncta in Iericho. Dixit autem ei Eli' iahu, Elisah sede quæso hic quia dominus misit me in Iericho: & ait, viuit dominus & viuit anima tua si derelinquam te: & venerunt in Iericho. Accesseruntque filij prophetarum qui erant in Iericho ad Elisah & dixerunt ei, an nosti quòd hodie dominus tollet dominum tuum à te? & ait, & ego noui, silete.

Dixit autem ei Eli' iahu, sede quæso hic quia dominus misit me ad Iarden: & ait, viuit dominus & viuit anima tua si derelinquam te: & abierunt ambo. Et quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos, Hebraice habetur, iurunt & steterunt e regione à lōge, ut videret, si possent, exitum rei. & illi ambo steterunt iuxta Iarden. Tulitq; Eli' iahu pallium suum & inuoluit illud. Quasi idoneum ad percussendum & percussit aquas, & diuisæ sunt huc & huc. Quæ admodum illo eodem pallio iacto super Elisæum traxerat eum, ita diuisit aquas utente Deo pallio illo ut instrumento sensibili ad huiusmodi miracula: ut cognosceremus Eliæ meritis miracula hæc fieri, & transferunt ambo per siccum.

Cumque transissent, Eli' iahu dixit ad Elisah, postula quod vis ut faciam tibi antequam tollar à te: & dixit Elisah, obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus. Iuxta Hebræum habetur, & erit obsecro os duorum in spiritu tuo mihi. Scito prudens lector quòd hæc appellatione (videlicet os duorum) scriptura aliàs nominat portionem duplicem quæ primogenito debebatur, ita pars primogeniti appellabatur os duorum, quia loco duorum succedebat. Et eodem modo Elisæus petit os duorum: hoc est succedere Eliæ non in agris, aut aliis corporeis bonis, sed in spiritu Eliæ tæquam primogenitum in duplici portione, ita quòd plus petit quàm duplicem spiritum, prophetiæ videlicet & miraculorum: quoniam petit succedere in spiritu Eliæ iure primogeniti, quod est præferri cæteris filijs Eliæ spiritualibus: & est succedere non solum in spiritu miraculorum & prophetiæ quæ erat in Elia, sed etiam excellenter habere huiusmodi spiritum sicut primogenitus excellenter succedit in bonis patris. Et ait, rem difficile postulasti. Iuxta Hebræum habetur, durasti postulando, hoc est duram petitionem fecisti, quem admodum enim verba dura appellantur quæ non cedunt votis eius ad quem dicuntur, ita petitio dura dicitur quæ non cedit intentioni eius qui obtulerat, pete quod vis, intendebat enim Elias dare Elisæo quòd petebat intra limites eorum quæ cõ-

muniter postulantur. & propterea Elisæo petente donū tant arduum excedēs communes petitiones, dixit duram esse petitionem eius: vtpote obfistētem intensionī ipsius Eliæ. *si vis debis me tolli à te, erit tibi sic: si autem non videbis, non erit.* Quia conditionalis fuit gratia reuelata Eliæ, ideo conditionaliter respondit: nec excessit limites diuinæ reuelationis sibi factæ. Quare autem Deus sub hac conditione promiserit, ratio fuit, vt accenderetur magis Elisæi mens & prepararetur ad tantum donum, & ipsius Eliæ preces crescerent pro Elisæo: dum vterque incertus redditur de gratia hac, cum spe tamen.

*Cumque pergerent perendo & loquendo, ecce currus igneus & equi ignei, proculdubio trahentes currum.* Nec intelligas verum ignem, sed speciem ignis, quemadmodum ignis qui apparuit Moysi in rubo, & qui apparuit super apostolos in die pentecostes. Et congruit species ignis igneo animo Eliæ erga Deum. congruit ad vehendum Eliam in cælum: leuis enim est ignis & naturaliter ascendens. cōgruit & officio ad quod exercendum referuatur Elias: videlicet ad præueniendū gloriosum Mesia aduentū, iuxta Malachia vaticinium. Curru autem vehendus & vectus mōstratus est, vt illæsus suauitèrque transferendus agnosceretur: simulque dignitas eius apud Deū patefieret nobis. & *diuiserunt inter vtrūque.* Vide imperterritos ambos, vt non nisi ab equis diuidentibus eos separati fuerint. Et *ascendit Eli' iahu in turbine in cælum.* Species ignis in curru & equis qualiter mota fuerit versus cælum, describit, dicendo per turbine siue in turbine. ascendit siquidem Elias currum igneū, & per modum turbine: hoc est tanquā inuolutus in illa ignis specie, quasi in turbine ascēdente ascēdit ad cælum: hoc est ad superiorem partem aeris. *Elisah autem videbat.* Ecce adimpleta conditio si videris quādo tollar. preparatus est enim Elisæus, & Eliæ meritis ac precibus obtēta est gratia hæc vt Elisæus videret ipsum tolli. & *clamabat, pater mi pater mi.* Aprissime qui succedere, vt primogenit⁹, petierat & expectabat, clamauit, pater mi patet mi: præter hoc quod etiā affectus filialis manifestatur Elisæi cū paterno simul officio Eliæ. *currus israel & auriga eius.* Iuxta Heb. habet. *currus israel & equites eius.* Alludēs ad apparitionē curr⁹ & equorū, laudat Eliā q̄ eminētèr habuerit officii curruū & officii equitū in israel: hoc est q̄ eminenter fuerit robur israelis quo ad

ad diuina, quemadmodum militare robur regni, est in curribus & equitibus. gesta enim Eliæ præclarissima & aduersus Ach'ab & aduersus prophetas idolorū & aduersus Ochoziā regem, hoc testantur. & *nō vidit eum amplius.* Monstratus est Elias ascēdēns ad suprema aeris Elisæo, sed nō est illi demonstratū vbi quieuerit: & propterea dicitur, & nō vidit eū amplius. Creditur autē trāslat⁹ in locū q̄ dicitur paradisi terrestris: nā ipsum viuere & venturū esse, testat Malachias propheta in calce sui libri. *apprehenditque vestimenta sua, & scidit ea in duas partes.* Orbatus patre, more lugentium scidit vestimenta sua, vera scissione: nam Hebraicè habetur. *scidit ea in duas scisiones.* Et *leuanit palliū Eli' iahu quod ceciderat ei.* Non casu, sed diuinæ largitatis dono pallium Eliæ non relictum in terra, sed demissum à superis cecidisse describitur, vt etiam sensibili veste Elisæus merita Eliæ præ se ferret. *reuersusq; est & stetit super ripam iarden.* *Tulitque palliū Eli' iahu quod ceciderat ei & percussit aquas: & dixit, vbi est Deus Eliæ etiam nūc?* Hebraicè habetur: *vbi Iehouah Elohæ Eli' iahu etiam ipse percussitq; aquas & diuisa sunt huc & illuc, & trāsiuit Elisah.* Quia non fuerant aquæ Iordanis diuise à pallio Eliæ, ad merita Eliæ inuocanda apud Deum cōfugit: & sic altera percussione diuise sunt aquæ. Disposuit autem Deus vt Elisæus non sic securus attentaret operari miracula, tanquam confidens in veste sensibili Eliæ & in promissione ei facta ab Elia: sed diiceret humiliter (hoc est cū speciali inuocatione Dei præmissa) attētare miracula: quod prima vice nō fecerat, sed securè percussit. Quod autem dicitur etiā ipse, ad distinguendū rationes inuocādi Deū pertinet. est enim ordo literę, vbi Iehouah summus Deus fons essendi etiā ipse Elohæ Eliæ. inuocat enim & ipsum summum Deum secundum seipsum, & secundum quod erat Deus disponens ea quæ sunt Eliæ. Inexpertus autem modum operandi miracula, admirādo simul & supplicando dicit, vbi Iehouah? non secundum se, sed secundum effectum istum diuisionis aquarum.

*Viderunt autem eū filij prophetarum qui erant in Iericho è regione: & dixerunt: requieuit spiritus Eli' iahu super Elisah.* non vnus atque idem spiritus migrādo de Elia in Elisæum, sed cōmunicatus Eliæ spiritus: hoc est donū spirituale ad faciendū miracula. *Veneruntq; in occursum eius, & adorauerūt eū in terrā.* honoris signū tāquā nouo patri loco Elię exhibuerūt. *Dixeruntq; ei:*

ecce quæso sunt cum seruis tuis quinquaginta viri filii fortitudinis, eant quæso & querant dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus domini & proiecerit eum in vnum montium aut in vnam vallium. Iunge hæc cum verbis Habbæ scriptis superius in lib. 3. cap. 18. & percipies contigisse sæpe Eliæ tolli à spiritu Dei ex aspectu aliorum: alioquin nec illi nec isti dixissent hæc. Iūge quoque hūc timorem cū paulo superius verbis filiorū prophetarum Iericho habitis ad Elisæū, videlicet nosti quod hodie dominus tuus tolleretur à supra caput tuum: & perpendes reuelatum illis fuisse Eliæ raptum futurum, sed non fuisse illis reuelatum an raptus iste fuerit ad segregandum penitus Eliā à consortio mortalium hominum an ad tempus aliquot more solito, si enim hoc sciissent quod Elisæus sciebat, nequaquā obtulissent inquisitionem per loca diuersa. & dixit, nolite mittere. Iuxta Hebræum habetur. *nō mittite*. sciebat enim Elisæus quod penitus separatus erat Elias à nostro cōsortio. Et coegerunt cum donec acquiesceret & diceret mittite. Sententia recte redditur: quanuis acquiescere Hebræicè nō habeatur, sed tardare. significatur enim quod vsquequo tardauit Elisæus ad dicendum mittite, coegerunt eum. Et per hoc insinuatur quod nō cito acquieuit Elisæus votis eorū, sed tandem quasi vexatus dixit mittite: nō hæsitado, sed satisfaciendo illis. *mittentque quinquaginta viros, & quæserunt tribus diebus & non inuenerunt eum.* Etiam hoc testimonio voluit Deus cognosci hunc Eliæ raptum non fuisse similem aliis. *Reuersi sunt ad eum, & ipse habitabat in Iericho.* & dixit eis, nonne dixi vobis nolite mittere. Hebræicè habetur, *non ibitis?* Ad manifestandum se non consensisse, sed permisisse vt irent, repetit sua verba: cōfirmans per hæc se nosse quod Elias est translatus penitus.

**D**ixerunt autem viri ciuitatis ad Elisæum: ecce obsecro habitatio ciuitatis optima est. Hebræicè habetur. *bona, sicut dominus meus videt.* Habitationem in Iericho laudat. sed aqua pestima sunt & terra sterili. Hebræicè habetur. *& aqua mala & terram orbantes.* Situs ciuitatis ad habitandū laudatus est, aquæ vero viux in territorio Iericho malæ dicuntur: & earum malicia explicatur per hoc quod orbant terrā, proculdubio vegetabilibus. Non enim ali atque ad perfectum prouchi poterant ibi arbores propter maliciam aquarum: & propterea dicuntur orbantes terrā filiis ipsius terræ. homines autem aqua pluuiabantes terrā ad victum. Et dixit, tollite mihī phialam novam & ponite

ponite in ea sal: & attulerunt ei. Quemadmodum ex simplici Dei præcepto fuit vt vteretur sale pro instrumento ad sanandas istas aquas, ita ex eadem voluntate diuina fuit quod sal poneretur in vase nouo: neutrum enim aliquid conferebat naturali virtute ad sanandas aquas. Congruentiæ tamen ratio reddi potest ex eo quod tal conseruatiuus à putrefactione, aquas conseruatiuas deinceps fore vegetabilium significabat: vasis autem nouitas nouitatem futuram aquarum præ se ferebat. *Egressusque est ad exitum aquarum, & misit in illum sal: & dixit, sic dixit dominus, sanauit aquas has, non erit inde amplius mors & sterilitas.* Hebræicè habetur. *& oratio.* Sed tam hic quàm superius significatur nō quæcunque oratio, sed filiorum. vt per hæc duo (mortem videlicet & orationem) nō intelligamus duos effectus, sed vnum atque eundem: qui relatus ad ipsa vegetabilia quæ mortificabatur ex malicia aquarū, appellatur mors: relatus vero ad terrā quæ priuabatur filiis, appellatur oratio. Hic enim sensus quadrat supradictis: scilicet aquæ malæ & terrā orbantes. solus enim hic effectus narratus est à viris ciuitatis Iericho. *Sanata ergo sunt aqua vsque ad diē hanc: iuxta verbū Elisæi quod locutus est.* Ne intelligeretur ad paruū tempus, sed perfectum fuisse opus miraculi scribitur vsq; in diē hanc: hoc est simpliciter & absolute.

Ascendit autem inde in Beth'el: cumque ascēderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illuserunt ei dicentes ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset, vidit eos. Hebræicè habetur. *Et vertit post se & vidit eos.* Hinc apparet quod post tergū Elisæi ascendens in montem pueri clamabant. *& maledixit eis in nomine domini.* Re cole quod ciuitas Beth'el electa fuerat à Ieroboham patre idolatriæ & in ea positus vitulus aureus, vt in tertio libro scriptum est. & propterea Elisæus ad puniendum patres in filiis, diuina autoritate maledixit pueris paruis iridentibus eum ascendentem ad filios prophetarū. diuina siquidem autoritas significatur dicēdo in nomine domini: vt nulla ira, sed spiritu sancto motum Elisæum intelligamus ad maledicēdum pueris. *Egressi que sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* Innuitur quod non omnes lacerati sunt ab vrsis dicendo ex eis. diuine enim iustitiæ executio facta est prout Deus voluit in quos voluit. *Abitis autem inde in montem Chatmel: & inde reuersus est in Someron.*

**E**horam vero filius Ach' ab regnavit super Israel in Sômeron anno decimo octavo Iehosaphat regis Iehuda.

Quaestio statim occurrit quomodo stant hæc duo simul: videlicet quòd Iorã filius Ach' ab incepit regnare decimo octavo anno Iosaphat vt hic dicitur, & incepit regnare anno secundo Ioram filij Iosaphat vt in calce primi cap. scriptum est. Occurrit & altera quaestio quomodo Iorã filius Ach' ab incepit regnare anno 18. Iosaphat, & cū hoc successerit Ochoziã fratri suo, qui duobus annis regnauerat & incepit regnare anno 17. Iosaphat, vt in calce tertij lib. scrip. est. Solutio primæ quaestionis est quòd vtrūq; est verū: quia anno 17. Iosaphat, correignauit super regnū Iudæ Iorã filius ipsius Iosaphat de ipsius volūt. te: & propterea anni isti & supputantur inter annos regni Iosaphat & inter annos Iorã filij eius, & decimo octauus annus Iosaphat appellatur etiã annus secundus Iorã filij eius. Creditur autem quòd Iosaphat pergēs ad preliū cū Ach' ab cōtra Syros (vt in tertio lib. narratū est) surrogauerit sibi Iorã filiū in regem: vt si forte moreretur nō oriretur dissensio circa successorem in regno.

Solutio autē secundæ ex supradictis facile patet: videlicet quòd duo anni regni Ochoziã fuerūt imperfecti, & partem decimiseptimi partē vero decimo octauo anni Iosaphat cōprehenderūt: & in calce eiusdē decimo octauo regnavit Iorã filius Ach' ab frater Ochoziã. regnavitq; duodecim annis. Fecitq; malū in oculū domini, sed nō sicut pater & mater ei⁹. Erat ergo filius Izebel. tulitq; statnam Bahal quā fecerat pater eius. Veruntamen peccatis Iarobham filij Nebat qui peccare fecit Iſraelem. idolatriã vitulorum aureorum, adhæsit: non recessit ab eis.

**P**orrò Mesah rex Moab habebat pecora, & reddebat regi Iſrael centum millia agnorum & centum millia arietum cum vellerebus suis. Iuxta Hebræum habetur. centum millia arietum & centum millia veruecum. primum enim supputatur numerus arietum & deinde par numerus castratorum eiusdem speciei cum lana. hoc est non tonsos. Cūque mortuus fuisset Ach' ab prauaricatus est fœdus quod habebat cū rege Iſrael. Hebraicè habetur. & defecit rex Moab à rege Iſrael. repetitur enim quod in principio huius libri dictum est.

Egressus est igitur Ichorã in die illa de Sômeron: & recessit vniuersum Iſraelem. Omisiam à fratre suo Ochozia recuperationē tributū

tributi debiti à Moabitis iste Ioram aggressus est. & abiit & misit ad Iehosaphat regem Iehuda dicendo, rex Moab defecit à me veni mecum. Hebraicè habetur. num venies mecum contra Moab ad bellum? Non mandat, sed postulat. & dixit, ascendam, qui meus est tuus est, populus meus populus tuus, & equi mei equi tui. Hebraicè habetur. sicut ego sicut tu, sicut populus meus sicut populus tuus, sicut equi mei sicut equi tui. Modus loquendi hebraicus est ad significandam indifferentiam. Dixitque, per quam viam ascēdemus? Iosaphat quaerit qua via incedendum est. & dixit, per viam deserti Edom.

Et abiit rex Iſrael & rex Iehuda & rex Edom. Non proprie rex erat iste tertius, sed præfectus tanquam rex, vt superius dictum est: erat enim rex officio quanuis non titulo. Et quoniam erat sub rege Iudæ, id eo adueniente rege Iudæ conuenit & ipse. & circumierunt per viam septē diebus: & nō fuit aqua exercitui & iumentis qua sequebantur eos. Qua in curia vel occasione incurrerint hanc penuriam aquæ, latet nos. Dixitque rex Iſrael: heu heu heu. Hebraicè habet semel dūtaxat. heu, seu ue. congregauit dominus tres reges istos vt traderet eos in manū Moab.

Et ait Iehosaphat, estne hic propheta domini vt cōsulamus dominum per eum? responditq; vnus de seruis regis Iſrael, hic est Elisah filius Saphat qui fundebat aquā super manus Eliã iahu. Ab hoc officio describit Elisæus domesticus minister Eliã: vt hinc crederetur quod non nisi vir sanctus esse posset tam domesticus Eliã. Et ait Iehosaphat, est apud eum sermo domini? Interrogatiue legendum est an haberet donum prophetiæ: respōsio enim data non manifestauerat hoc. descenderuntq; ad eū rex Iſrael & Iehosaphat & rex Edom. Hinc apparet responsum fuisse Iosaphat regi quod Elisæus habebat donum prophetiæ: descensus enim trium regum ad eum, testatur hoc.

Dixit autē Elisah ad regē Iſrael, quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patri tui et ad prophetas matris tuæ: & ait illi rex Iſrael, quare congregaui. Manca est litera, legendū est. nequaquā. subaudi ibo ad pphetas patris mei & matris meæ. Deinde immediate subiungitur, quia vocauit Iehouah tres reges istos vt traderet eos in manum Moab. Rationē reddit quare nō ad pphetas Bahal, sed ad ipsum pphetā summi Dei confugit, quia timet summum deum induxisse eos in locum in quo vastarentur à Moabitibus. Dixitq; Elisah: vniuit dominus exercituum in cuius cōspetū sto. Heb. habetur. in cuius steri facie. Didicerat à magistro & patre suo Elia hunc iurandi modum: quo & viuum fon-

tem essendi exercitibus cœlorum & terræ esse, & se cultorem eius intima contemplatione profitetur. nisi quod faciem Iehosaphat regis Iehudæ erubescerem. Hebraicè habet. eleuarem. hoc est honorarem. si respicerem te & si viderem te. Verè spiritui Eliæ successit tam magnanimus Eliæus. Et nunc tollite mihi psalterem. Hebraicè habetur. pulsatorem. proculdubio instrumenti musici. & similiter cum subiungitur. cumq; caneret psalteres, legendum est. & fuit cum pulsaret pulsator. Ad disponendum se ipsum in mentis eleuationem vsus est Eliæus sono musico. nouerat enim huiusmodi sonum excitare in se collectionem animi internam: & consequenter mentis eleuationem in dei. facta est super eum manus domini. Ne putares virtute soni musici adiutum Eliæum ex propriis prophetasse, sed intelligeres diuinū superuenisse donum Eliæo iam disposito intus, narratur quod fuit super eum manus (hoc est operatio interna) summi dei. Et ait: sic dixit dominus, fac torrentē hunc fossas fossas. hoc est multitudinem fossarū ad recipiendū multitudinem aquarum. Quia sic dixit dominus: non videbitis ventum neq; pluuiam, & torrentis ipse replebitur aqua. Prædicat non solum affuturam multitudinem aquæ replentem alueum quantuncunq; cauaretur, sed etiam modum: videlicet sine vento & sine pluuiā. & bibetis vos & familia vestra. Hebraicè habet. & pecora vestra. quæ secum duxerant pro alendo exercitu. & iumenta vestra. Et leue erit hoc in oculis domini: tradetq; Moab in manum vestram. Et percutietis omnem ciuitatem munitam & omnem ciuitatem electam, & omnem arborem bonam deiicietis. Mirum est quod Eliæus succidenda ligna fructifera dixerit: cum in lege Moysi deut. 20. prohibeatur excidere ligna fructifera hostium. Veruntamen quia Eliæus non propria, sed diuina auctoritate hæc dixit, admiratio cessare debet. deus enim non alligauit suam iustitiam legi quam per Mosem promulgauit, sed est dominus legis: atque ad puniendum Moabitas voluit etiam fructiferas arbores succidi. cunctosq; fontes aquarum obturabit, & omnem agrum bonum operietis lapidibus.

Factum est igitur mane quando sacrificium offerri solet. Hebraicè habetur, quando ascendit munus. hoc est hora qua sacrificiū matutinum offertur deo: vt intelligamus non solum horam scribi, sed etiam virtutem sacrificij matutini quod offerebatur in templo cooperatam esse ad hoc miraculum. nisi enim diuina gratia esset ob illud sacrificium, beneficium hoc contulisset,

tulisset, nequaquam scriptura tempus beneficii descripsisset ab illo sacrificio. Et attestatur hoc verbis Eliæi: vt quemadmodum ipse propter Iosaphat regem Iudæ admisit reges & orauit, ita deus propter iuge sacrificium matutinum quod Iosaphat rex Iudæ faciebat offerri in templo, beneficium aquarum contulerit. & ecce aquæ veniebant de via Edom: & repleta est terra aquis. Omnes autē Moabitæ audierunt quod ascendissent reges ad pugnandum contra eos: & congregauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper. Iuxta Hebræum habetur. & congregati sunt ab omni accincto cingulo & supra. ætas siquidem certa (puta sedecim annorum vel circa) in qua incipiebant vti cingulis, describitur dicendo ab omni accincto cingulo & supra: hoc est ab omni tantæ ætatis & supra. insinuat enim per hoc quod cōuenerunt omnes Moabitæ ad defendendum se cōtra hostes regis. & steterunt in terminis. defensori enim in propriis sistebant terminis impotentes ad aggrediendum hostes. Primoq; mane surrexerunt, orto iam sole ex aduerso aquarum. Parui refert quod hebraicè habet. & sol illuminauit super aquas. narratur enim hoc ad describendum causam apparentis coloris aquarum. videruntq; Moabitæ è regione aquas rubras quasi sanguinem. Turbidæ aquæ videntur fuisse: vt percussæ radiis solariibus apparent iis qui è regione erant à longe, coloris rubri. Dixeruntq;: sanguis est, digladiando digladiati sunt reges, & percussit vnusquisq; proximum suum: nunc igitur ad prædam Moab. Perrexeruntque in castra Israel. ad prædam vt dixerant. surrexeruntque Israelitæ & percusserunt Moabitas, & sugerunt à facie eorum: venerunt igitur qui vicerant & percusserunt Moab. Hebraicè habetur. & percusserunt eum & percutiendo Moab. Et ciuitates destruxerunt, & in omnē agrum bonum proiecerunt vnusquisque lapidem suum & repleuerunt eum, & omnem fontem aquarum obturauerunt, & omnem arborem bonam deiecerunt. narratur enim prosecutio victoriæ narrando quod percusserunt eum, scilicet Moab: & quid consequenter percutiēdo Moab fecerint. ita vt muri tantum scilicet remanerent. Iuxta Hebræum habetur. vsquequo fecerunt remanere lapides eius in muro forti. Ad destructionem ciuitatum hæc refertur exceptio: vt intelligamus ciuitates destruktas non tamen omnes sed vsque ad ciuitatem muri fortis exclusiue quoniam fecerunt remanere in muro forti lapides eius. ciuitas enim in qua erat rex remansit in muro suo forti. & circumdata est ciuitas à fundibularis. Iuxta Hebræum habetur.

tur. & circumderunt lapides magnos & rotundos. Ad destruendum murum fortem magnos rotundósque lapides artificio militari iaciebant. rotúdos quidem vt habiles essent ad motum: magnos autem vt valerent percutere, impetuoso siquidem iactu ad murum percutiendum, cum magno impetu tormenti lignei (vt creditur) iaciebant circuncirca. & magna ex parte percussa. Iuxta Hebræum habetur. & percusserunt eam. ciuitatem fortem.

Quod cum vidisset rex Moab, præualuisse scilicet hostes. Hebraice habetur. Et vidit rex Moab quod præualuit sibi præliū. iactantium lapides plusquam credebat. & tulit secum septingentos viros educentes gladium ad irrumpendum in regem Edom: & non potuerunt. Distinctas enim partes exercitus reges isti circumdantes ciuitatem habebant: & propterea specialiter nominatur rex Edom. Tulitque filium suum primogenitum qui regnaturus erat pro eo, & obtulit eum holocaustum super murum. In maxima necessitate constitutus rex, maximum Deo suo obtulit holocaustum. super murum autem tum vt murus seruaretur, tum vt hostes videntes auerterentur virtute tanti holocausti. & facta est indignatio. Iuxta Hebræum habetur. & fuit ira magna in Israel: & recesserunt ab eo. & reuersi sunt in terram. Ex eo quod non aliter narratur aduersus quos fuit hæc ira, sed dicitur duntaxat in Israel, significatur ira Israelitarū inter se. Et quia causa iræ narratur recessus ab oppugnatione regis, & effectus iræ narratur recessus ab oppugnatione regis Moab, intelligimus Israelitas idolatra s viro illo holocausto magnipendisse cooperante diabolo illud & desperasse de victoria aduersus regem munitum præsidio tanti holocausti, & propterea cōmotos ad iram contra Israelitas volentes persistere in bello: & tandem magnitudo iræ vicit, & effecit recessum à bello. Intelligo tamen recessum hunc renouato fœdere cum rege Moab de tributo dando regi Israel, vt finem suscepti belli recessus non abstulerit.

CAPVT IIII.

**M**ulier autem vna de vxoribus prophetarum. Legēdam est. de vxoribus filiorum prophetarum. hoc est discipulorū prophetarum. genus enim discipulorū huiusmodi vacabant diuinis laudibus, habētes tamē vxores &c. clamauit ad Elisab dicendo: seruus tuus vir meus mortuus est & tu nosti quod seruus tuus fuit timens dominum: & credi-

tor venit ad tollendū duos filios meos sibi in seruos. Licitū erat tunc homines liberos in seruitutem redigere ob debita, si aliter non haberent vnde soluerent.

Dixitq; ad eam Elisab, quid vis vt faciam tibi? Superfluum dux dictiones: legendum est. quid faciam tibi? Et deinde subditur. dic mihi. Quod conuenientius adiugitur cum sequenti clausula. quid habes in domo tua? vt primum ex propriis dixerit, quid faciam tibi ego pauper non habens vnde tibi subueniā? deinde tactus à spiritu sancto dixerit indica mihi quid habes in domo tua? & ait, non habet ancilla tua quicquam in domo nisi parum olei quo unguar. Iuxta Hebræum habetur. nisi vas olei. nullaq; fit mentio vnctionis. Cui ait: vade, pete tibi vasa foris ab omnibus vicinis, vasa vacua non pauca. Et ingredieris & claudes ostium super te & super filios tuos. Ne demerita alicuius impedirent executionem miraculi, solam religiosam matrem cū filiis recte instructis mandat adesse miraculo. clauso ostio & fundes super omnia vasa hæc: et cū plena fuerint, tolles. Hebraice habetur. & plenum facies mouere. Instruit ipsam vt fundendo oleū non desistat videns primū aut secundum aut quodcunque vas impletum, sed faciat illud impletum amoueri & impleri aliud. Iuitq; ab eo, & clausit ostium super se & super filios suos. Vide sanctæ mulieris fidem: & propterea assecutam effectum promissi miraculi. illi afferebant vasa ad eam: & ipsa infundebat. Cūq; plena essent vasa, dixit ad filium suum, affer mihi adhuc vas: & dixit ad eam, non est vltra vas: setitq; oleum. Venit autem illa, & indicauit viro dei. Nomen est Elohim. Non audeat mulier inconsulto viro dei vti oleo diuinitus multiplicato: vt vndique huius mulieris sanctitas monstretur. qui ait: vade, vende oleum & redde creditori tuo, & tu & filii tui viues de reliquo.

**F**uit autem quedam dies, & transiit Elisab ad Sunem: eratque ibi mulier magna, opibus. que cogit enim ad comedendum panem: cūque frequenter inde transiret. Superfluit frequenter. dicebat ad eam ad comedendum panem. Dixitque viro suo: animaduerto quod vir dei sanctus est iste qui transit per nos frequenter. Iuxta Hebræum habetur. ecce nunc noui quod vir Elohim sanctus ipse transiens per nos iugiter. Dicendo ecce nunc noui, manifestat vsq; ad tempus illud solite vacasse ad cognoscendū an Elisæus esset vir sanctus: & ex frequenti diuersione ad comedendū ibidē, nouisse sanctitatem eius. sobrietatem enim videre



videre pluries potuit: famam quòd esset vir Elohim sciebat: modestiam eiusdem toties viderat: nec est à ratione alienum quòd aliquod miraculum eius audierat. & propterea ex exterioribus signis humano more dixit, ecce nunc noui quòd vir Elohim Elisæus sanctus ipse. *Faciamus quaso canaculum paruum.* Parui refert quòd hebraicè habetur. *Canaculum muri paruum.* muratam ergo aulam faciendam proponit: subiuncta inuunt quòd non noua aula est ex integro ædificata, sed in superioriori parte domus ædificatus est murus distinguens aulam paruum pro Elisæo à reliqua parte amplitudinis illius contiguationis. nam inferius subiungitur quod mulier hæc ascendit in aulam Elisæi ad ponendum super illius lectulum filium defunctum. ideo enim meminit hic muri quia solo interestitio muri fieri poterat aula. *ponamusq; ei tibi lectum & mensam & sellam & candelabrum: & cum veniet ad nos, manebit ibi.*

*Fuit igitur dies & venit illuc: diuersisque in canaculum, & requieuit ibi.* aliis enim vicibus diuerterat ad comedendum, modo autem etiam ad dormiendum. *Dixitque ad Ghechazi puerum suum, voca Sunamithem istam: & vocauit eam, & stetit ante eam.* Et dixit ad puerum suum. Vide modestiã Elisæi, quòd nec per seipsum alloquitur mulierem. *dic quaso ad eam, ecce sedulo in omnibus ministrasti nobis.* Iuxta Hebræum habetur. *Ecce sollicitasti nobis omnia sollicitudine ista.* Hebraica dictio sollicitudinè cum timore significare potius videtur: ad insinuandum reuerentiam qua mulier hæc prosequabatur Elisæum exhibendo ei & ministro eius omnia opportuna. *quid vis.* Superfluit vis: legendum est. *quid facis tibi?* Gratum se extere nititur, interrogando si quid facturus est pro ea. *an est loquendum pro te ad regem vel ad principem militia?* Hinc apparet quòd iam Elisæus fecerat miraculum aquarum in bello contra Moabitas: & propterea gratiam regis ac principis militiae habebat. *quæ respondit, in medio populi mei habito.* non sum vaga non exosa, sed quiesco non solum inter consanguineos, sed etiam cum vniuerso populo meo: ac per hoc nõ egeo intercessore ad regem aut principem militiae. *Et ait, quid ergo vult ut faciam ei?* & ceciderat mulier à conspectu Elisæi: & colloquendo cum ministro suo dixit Elisæus iuxta Hebræum. *quid faciendum ei?* Sollicitudo grati animi ipsius Elisæi per hoc describitur. *Et dixit Ghechazi, nõ quæras, filium enim non habet.* Hebraicè habetur. *sed filius non ipsi & vir eius senex.* Non audet Ghezi minister Elisæi

Elisæi petere filium mulieri: sed percontanti Elisæo quid faciendum à se est mulieri, aperit indigentiam mulieris: videlicet, quòd caret filio, & (quod amplius est) habet maritum senem. *Et ait, voca eam.* Hinc apparet quod diximus: mulierem videlicet recessisse. *vocauitque eam, & stetit in porta.* Hinc insinuatur quòd etiam prima vice non ingressa est aulam Elisæi, sed mansit in porta. commendatur enim mulieris modestia ac reuerentia. *Et dixit ad eam.* Interpres addidit ad eam: subiuncta tamen testantur quòd non vt prius per ministrum, sed per seipsum allocutus est eam. *in tempore isto in hac eadem hora, si vira comes fuerit habebis in utero filium.* Iuxta Hebræum habetur. *parationi isti sicut tempus vitæ, tu amplectes filium.* Tempus vitæ significat annum solarem, eo quòd viuificatiuus est motus solis: vt vbique experimur. Ita quòd paratio ista sicut tempus vitæ, demõstrat idem tẽpus futurum in anni circulo: totum enim hoc circumlocutio est eiusdem temporis in illius anni reuolutione. Parationis autem nomen commune valde est apud Hebræos diuersis materiis. dicit itaque in paratione ista: & declarando de quali paratione loquitur, subdit sicut tempus vitæ, subaudi efficit parationem istam. tempus enim vitæ (hoc est solaris circulus) efficit singulis annis dispositionem vnã & eandem secundum mensuram temporis. Hunc autem esse literalem sensum, testatur repetitio horum verborum paulo inferius. Et dicendo tu amplectens filium, plus promittit quàm conceptionem & generationem filii. nam promittendo amplexum filii, promittit etiam vitam matris in partu. *at illa respondit, nõli quaso domine mi vir Dei, nõli mentiri ancille tuæ.* Hebraice habetur. *nõ domine mi vir Elohim, nõ mentieris ancilla tuæ.* Reuerẽter supplicat vt non imprecando concupitum bonum, hoc dicat Elisæus (quoniam imprecationes non sunt certæ, sed sæpe vanæ) sed vt dicat efficacia veritatis diuini verbi, hoc enim est rogare vt non mentiat. Non est enim sensus, nõ mentieris, hoc est nõ dices mendacium: iam enim dixerat, nec suspicabatur Elisæum ex intentione mentiri. sed est sensus, non mentieris quo ad effectum futurum quem dicis: quod est dictum, non sit imprecatio, sed prophetia verbum tuum. *Et concepit mulier & peperit filium in tempore & in hora eadem qua dixerat Elisæus.* Iuxta Hebræum habetur. *Et peperit filium parationi isti sicut tẽpus vitæ quam dixit ei Elisæus.* Pondera prudẽs lector hanc repetitionem eorundem verborum.

Na rum,

rum, significantiū tempus prophetatum ab Elifæo: vt perpen-  
das circumlocutionē esse teporis redeuntis ex circulo solari.  
clare enim repetitur totum hoc pro tempore natiuitatis filij.

*Creuit autem puer: & cum esset quædam dies, egressus est ad pa-  
trem suum & ad messores. Super fluit & significatur enim quodd  
iuit ad patrem suum existentem cum messoribus. Et dixit pa-  
tri suo, caput meum dolco, Hebraice repetitur. caput meum. nec  
explicatur verbum aliquod dolendi, sed subintelligitur. &  
dixit puero, tolle & duc cum ad matrem suam. Tulliq; eum, & ad-  
duxit eum ad matrem suam: seditque super genua eius vsque ad me-  
ribus & mortuus est. Ascendit autem & collocauit eum super le-  
ctum viri Dei. Semel pro semper intellige nomē Elohim cum  
Elifæus dicitur vir Dei. & clausit ostium super eum. ne ab ali-  
quo videretur puer mortuus, sperans illius resuscitationem  
ab Elifæo. & egressa est. Vocauitque virum suum & ait: mitte me  
cum obsecro vnum de pueris & asinam, & curram vsque ad virum  
Dei & reuertar. Et dixit, cur vadis ad eum? hodie non sunt calendæ  
neque sabbatum. Hinc apparet quodd diebus sacris conuenie-  
bant ad prophetas ad audiendum verbum Dei. quæ respōdit,  
vadam. Hebraice habetur. pax. hoc est bona causa me mouet.  
quæsierat enim vir eius causam: & ideo ipsa respōdit bonam  
esse causam. pax enim Hebraico vsu omne bonum significat.  
Strauitque asinam & dixit puero: mina & vade, ne mihi morā fa-  
cias equitando nisi dixerō tibi.*

*Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Charmel:  
cūque vidisset eā vir Dei è contra, ait ad Ghechaxi puerum suum,  
ecce Sunamitibus illa. Nunc curre quæso in occursum eius, & dic ei  
rectēne agitur circa te & circa virum tuum & circa filium tuum?  
quæ respondit rectē. Hebraice habetur. num pax tibi, num pax vi-  
ro tuo, num pax puero? & dixit, pax. Hebraico more loquuntur.  
Nec mentita est mulier respondendo pax: quoniam vincen-  
do seipsam hoc dixit. sancta enim mulier maternū superando  
affectū, interpretata est filij mortem in bonū à diuina fuisse  
prouidentia: & propterea secundum culmen rationis loquēs  
verum dixit, tacēs quod erat materni affectus. Et venit ad vi-  
rum Dei in montem & apprehendit pedes eius: accessitque Ghecha-  
xi vt amoueret eam: & dixit vir Dei, dimitte illam quia anima e-  
ius in amaritudine est & dominus celauit à me & non indicauit mi-  
hi. Hinc clare habetur quodd donum prophetiæ neque sem-  
per est in prophetis neque adest eis ad libitū. Et dixit, an pe-  
tisti filium à domino meo? Verum dicit: quia ipsa nō petierat, sed  
Ghezi proposuerat. nōne dixi, ne illudas me? Orbatam esse tam-  
cito filio censet perinde ac si non habuisset filiū: & propterea  
falsum sibi prædictum fuisse deset, cum prædictū fuit ei ha-  
bebis filium, &c. Et ille ait ad Ghechaxi: accinge lumbos tuos, &  
tolle baculum meum in manu tua & vade: si inueneris quempiā non  
salutes eum, & si salutaerit te quispiam non respondeas ei. Propter  
duo fit huiusmodi mandatum. alterum est ad tollendum mor-  
tas inter salutandum solitas obrepere: alterum est ad indicē-  
dum silentium ministro, vt deuote absque distractione men-  
tis properaret ad executionem tanti miraculi. & pones bacu-  
lum meum super faciem pueri. Sensibili enim signo vti consue-  
uerat ad faciendum miraculum: & propterea baculum suū  
apponendum super faciem pueri mādāt Elifæus, sperās or-  
aturum deum per hoc medium vitam pueri. Porro mater pue-  
ri ait, viuit dominus & viuit anima tua si dimittam te. Quauis  
mater clauem cubiculi Elifæi dederit ministro eunti cum ba-  
culo Elifæi (clauserat enim ostium) non tamen credidit suffi-  
cere ad resuscitationem pueri ministrum, sed ipsum exegit  
Elifæum. surrexit ergo & secutus est eum. tum victus precibus,  
tum minus confidens de efficacia missi ministri cum suo ba-  
culo. Ghechaxi autem præcesserat eos & posuerat baculum super fa-  
ciem pueri, & non erat vox neque sensus. Non est mirū hoc: quia  
nec matris nec ipsius Elifæi plena fiducia suffragata est. re-  
uersusque est in occursum eius & nunciavit ei dicendo, non surre-  
xit puer.*

*Ingressusque est Elifas in domum: & ecce puer mortuus iacebat su-  
per lectum eius. Ingressusque est & clausit ostium super se & puerum.  
ne impediretur oraturus deum pro tanto miraculo. Vnde &  
statim subditur. & orauit ad dominum. vt intelligamus nō ex  
potestate miraculum facere, sed supplicando. Et ascendit &  
incubuit super puerum. Modus orandi describitur imitando pa-  
trem suum Eliam resuscitantem filium viduæ. simili siqui-  
dem modo prostrauit se Elifæus orando super puerum tan-  
quam super materiam miraculi. posuitque os suum super os eius  
& oculos suos super oculos eius & manus suas super manus eius, &  
incuruauit se super eum. Quauis non sit explicite scriptum  
similem modum seruatum ab Elia fuisse, explicatio tamen  
istec scripta hic insinuat similem modum seruatum fuisse  
ab Elia, & significatum implicite scribendo quod mensus est*

se super puerum. Pertinet autem ad manifestandum mentem  
 sã Elizã quã Elizã modus iste: manifestat enim quod val-  
 de magnipendebat vterque opus miraculi huius. in aliis e-  
 nim miraculis apponebatur manus: in hoc autem tam arduo  
 totum corpus expanditur singula membra singulis commen-  
 surando, vt arduum valde opus infuatur. Et nihilominus  
 quemadmodum sale vsus fuerat ad sanandum aquas Iericho,  
 ita hac commensuratione corporis vtitur ad resuscitandum  
 puerum vt instrumẽto sensibili diuinitus sibi inspirato. & ca-  
 lefacta est caro pueri. Ne sis ita rudis vt intelligas ex calore car-  
 nis Elizã calefactam carnem pueri: quoniã aperte scriptum  
 est quod puer mortuus iacebat in lecto. sed primus effectus  
 vitæ i puero resuscitato describitur, caro pueri calefacta, pro-  
 culdubio ab interna vita. patratum est siquidem miraculum  
 hoc non simul perfectũ quo ad omnes effectus vitæ, sed pau-  
 latim: & primus apparens vitæ effectus fuit calor carnis. Le-  
 ge in euangelio mar. cap. 8. cæcum paulatim illuminatum à  
 domino: & non miraberis miraculi opus quandoque non si-  
 mul integre fieri, sed paulatim. Reuersusq; est & deambulauit in  
 domo semel huc & illuc. Reuersus ex lectulo ad pavementũ au-  
 lae bis deambulauit: semel huc & semel illuc, vt scribitur he-  
 braice. Diuersus orandi modus describitur. primũ enim ora-  
 uit prostratus super corp⁹ pueri mortui, deinde orauit deam-  
 bulado: vt ipsa diuersitas modi corporalis situs insinuet di-  
 uersitatem mentis Elizã, quemadmodum enim diuersitas si-  
 tus renouatio est corporis, ita profectus mentis eius per hoc  
 aperitur & tanquã renouata mēs prophetæ significatur: sicut  
 vere visã resuscitatione pueri in carne calida, iam certus de  
 obento miraculo longe maiori fiducia cum magna animi  
 hilaritate orabat pro perfectione miraculi. Scribitur autem  
 cum terminis bis deambulasse, ne lógum tempus interceptũ  
 putares. & ascendit & incubuit super eum. Iterum proprio cor-  
 pore vtitur vt instrumento diuinæ operationis, iterum se hu-  
 miliat prosternendo se super puerum in oratione vt prius. &  
 oscitauit puer septies. Hebraice habetur. & sternutauit puer vsque  
 ad septẽ vices, & aperuit puer oculos suos. Ecce progressus in ef-  
 fectib⁹ vitæ. Et ille vocauit Ghechaxi & dixit, voca Sunamithem  
 hanc: quæ vocata venit ad eum: qui ait, tolle filium tuum. Quæ ve-  
 nit & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram. Maximum  
 honoris signum, solitũ tamen ex hiberi etiam hominibus ex-  
 hibuit

hibuit mulier Elizã. Vbi & cerne disparitatem quod mero-  
 re affecta ob mortem filii tenuit pedes Elizã: læta autem ob  
 resuscitatum filium non tangit pedes Elizã, sed iuxta pedes  
 super terrã se prosternit, solitam seruans modestiam (qua nõ  
 audebat tangere Eliæum) quam maternus dolor obliuioni  
 tradiderat. tuli q; filium suum & egressa est. Nihil moræ traxit  
 in aula Elizã, sed suscepto filio egressa statim est: ad exem-  
 plum mulierum conuersantium cum viris spiritualibus.

**E**T Elizã reuersus est in Ghilghal, non quod inde immedia-  
 tẽ venisset, sed quia aliã ibi fuerat. fames autẽ erat in ter-  
 ra, & filij prophetarum habitabant coram eo: dixitq; vni de pueris  
 suis. Hebraicẽ habetur. puero suo. Nõ scribitur multos habuif-  
 se ministros, pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs pro-  
 phetarum. Et egressus est vni in agrum vt colligeret olera: inuenit  
 que vitem agrestem, & collegit ex ea colocynthidas agrestes. Tan-  
 quam syluestres cucurbitæ & amaræ valde dicuntur. & im-  
 pleuit pallium suum: & reuersus concidit in ollam pulmenti, non e-  
 nim cognouerunt. Insuderunt ergo viris vt comederent: cumque gũ-  
 stassent de pulmento, clamauerunt & dixerunt, mors in olla vir Dei.  
 Magna amaritudo quasi præ se ferens mortẽ clamatur: & ad  
 virum Dei (qui ollam præparari fecerat) recurfus habetur. &  
 non potuerunt comedere. Et dixit, afferte farinam. Tali signo sen-  
 sibili inspiratus à Deo vsus est ad hoc miraculum, cumq; attu-  
 lissent, proiecit in ollam: & ait, infunde populo & comedant: & non  
 fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Hebraice habetur.  
 & non fuit res mala in olla. Miraculum vere fuit, vt cucurbitæ  
 illæ reddite fuerint habiles ad esum ex solius farinæ appo-  
 sitione.

Vir autem quidam venit de Bahal salisa, deferens viro Dei pa-  
 nes primitiarum & viginti panes hordeaceos. Hebraice habetur  
 abique coniunctione. panes primitiarum panes viginti hordea-  
 ceos. exponendo siquidem panes primitiarum subiugitur ap-  
 positue panes viginti hordeaceos. Appellantur autem panes  
 primitiarũ, panes ex primis frugibus facti. & frumentum no-  
 uum. Hebraice habetur. & tostum. hoc est grana tritici ex præ-  
 cocibus spicis tosta. in pera sua. Hebraice habetur. in veste sua.  
 vt hinc modica quantitas intelligatur. & dixit, da populo &  
 comedant. sciebat enim futurum miraculum. Responditq; mi-  
 nister eius, quid dabo hoc coram ceterum viris? & dixit, da populo &  
 comedat: sic enim dixit dominus, comedent & supererit. Posuit itaq;  
 Na iii coram